

Id est, ab exordio creature, in ipsa creatione rerum, quando Deus pluvialibus aquis, ne nisi certis temporibus et mensurā defuerent, et maris procellis sonitu terribili testuantibus, ne terminos statutos excederent, imponebat. *Tunc vidi*, id est, visibilē fecit Deus sapientiam per suos scilicet effectus, per quos et angelis et hominibus innotesceret: quibus et enarravit eam declarando et communicando ut et alii creaturis, prout versu 23 dictum est. Vel potius figuratē enarravit, quia materiam prebuit eam enarrandi. Celi enim et omnia creatariorum gloriam et sapientiam Dei quasi interpres, et, ut Trismegistus ait, liber divinitatis. Hinc sanctus Chrysostomus, hom. 10 ad populum Antiochenum, ait colsum possum esse à Deo *βαλετούσιν καὶ διάβασιν καὶ εργούσιν*, maximum librum et idios et sapientias; addit, *πάντων ἀνθρώπων καὶ θεῶν, omnibus γενετινά quā terram incolunt esse utilē librum*. Vide quae in expositione Patrum Grecorum, in Psalmis annotationib[us] ad Psal. 18.

ET PREPARAVIT, id est, aptavit et attemperavit eam hominibus et angelis, sapientiae capaces ac participes reddendo; vel certè omnia sapientissimè et elegansimè condendo et ornando, dum res universas attingens à fine usque ad finem fortiter suavitate dispositi.

ET INVESTIGAVIT, id est, fecit investigari ab hominibus, eamque ab his exigit, et tanquam ratione uteribus requisivit, ut cam agnoscere, agitant venerantur, clique obsequenterunt et parerent in omnibus. Hic enim finis et scopus est omnis elegancia et ornatus coeli ac terra omniumque creaturarum, ut ex iis sapientiam Dei disceremus, et per pulchritudinem creaturarum contemplemur eum quod illis.

Itaque S. Basilus, hom. 10 in Hexameron, mundum eleganter appellat *δέσμωσις καὶ περιστολής τοῦ φυσικοῦ*, commune quoddam auditorium, exedram sapientie, ubi admirabilis doceatur: quem, opinor, secutus Pisides in Hexameron *τελείῳ κτιζόμενον*, creaturarum scholam nominavit. Mirabantur philosophi quidam beatissimum Antonium, eumque negabunt illū in parte humanitatis atque sapientie posse excellere, cū libris et bibliothecā desitueretur; at ille codicem summū siebat esse rerum naturam, in quibus verba Dei legere consuevit. Sic Leo Magnus, Pontifex maximus, serm. 7 de junio decimi mense, elementa mundi vocat *publicas paginas, quibus eruditur*. Et alio quodam loco, serm. 8, ad eruditōnem nostram ait omnia clementia servire, cū dīm per ipsius mundi cardines quasi per quatuor Evangelia incessibili tuba discimus, quod et predicemus et agamus. Eadem fere sunt apud S. Prosperum, lib. 2 de Vocatione Gentium, cap. 1, qui in paginis elementorum, et voluminibus temporum divine institutionis communem doctrinam legi prodige monet. Adiendi sunt igitur oculi ad librum universitatis, ne quis

et timum fit. Cui conjectura pondus sanè hanc levę accedit eo quod ea postea aliquot codicēa et librorum editorum, à Kennicott et de Rossi enumeratissim, consensu firmata est. *¶¶¶¶¶*, *qui et perestigavit eam*, ejus abdissimis et profundissimis sinus pertentatos à se cognitos habuit. (Rosemuller.)

doctrinarum ignorationem aut librorum inopiam causerit. In eo libro non modo S. Antonius, Bernardus, aliique, Ecclesie Dei lumina, verū etiam et summi philosophi multa miranda et egregia diciderunt. Quare Athenagoras, scriptor vetus et christianus, Platonem ait, cū in hujusmodi considerationem incubusset, mundum appellavisse *τέχνην τοῦ Θεοῦ*, *Dei artificis*, in quo divinae sapientiae lumen ostendisset. Illo studio gemmī libri atque pulcherrimi usi, olim sapientes ad arcana Dei cognoscenda penetrarunt, et ad sempiternam eius virtutem et divinitatem, ut ait Apostolus, Rom. 1, 20. In hunc rerum apparatum cūm actus in tendere Philo Hebraeorum doctissimum, lib. 2 de Mārachā, mundum hunc universum sibi videri siebat Dei templum augustum, cuius sacrarium sit cœlum in tota rerum naturā præstantissimum; domaria verò sidera; sacerdos atque aediti, potestates angelicae, anima corporibus carentes, Deo similitudine; et alio in opere, lib. de Somnis, ait mundum hunc aspectabili esse dominum Dei et portan coeli, quemadmodum Jacob patriarcha dicebat, quod per illum ad intelligentiis mundi cognitionem pervenire licet.

Sed non est opus ut in antiquis sophos intueamur, qui evanuerint in cogitationibus suis, nec cognitum ē mundi opificio Deum gloriavercerent, cū in nostris habeamus hujus meditationis et inviamenta et exempla. Divinitus illud a Salomone mīli dictum videtur, Prov. 1, 20: *Sapientia foris predicta*, vel, ut est in Hebreo apud Cajetanum<sup>1</sup>, *Sapientia foris cantabunt*. Breve oraculum est, sed insigne, tribus verbis ut pycnū illuminatum atque distinctum, quæ operæ prædictum est attingere. *Foris* cūm dicit, extra hominem esse multa significat sparsa ubique terrarum, quæ reconditam sapientiam continent. Unde paulo post sequitur de sapientia: *In plateis*, vel, ut est in Hebreo, *in latitudinibus* dat vocem suam. Nam intueamur hunc omnem mundi complexum quām longus et latus est, ab oriente sole ad occidentem, à polo Arcticō ad Antarcticū, plena omnia sunt magni Opificis admirabilitate, et nihil vacuum sapientia. Itaque mihi consideratē dixisse videtur Salomonum numero multitudinis: *Sapientia foris cantabunt*, ut intelligamus in omni re atque loco multipliciter nobis artificium a divina mentis sapientia obici et proponi ad intundendum; ut intelligentiam acentes, et singula considerantes, utilia documenta capiamus. Ita vero sapientie notata in oculos incurvant, tamque animum incitare possunt, ut cantare dicantur, et tantum non maximā et clarissimā voce in omnibus auribus clamare, ut rerum omnium architectum et agnoscamus et veneremur, et pectorē omni amenus. Sed quod in Hebreo est, *cantare, apud nostrum interpretem est predicare*, apud Septuaginta *ὑπενθύμησαι, hymnis, cantu et laudatione* prosequi. Illa enim que videmus omnia ē tenebris et nihilo educta, tantū nature varietate, vi multiplici, dubitis longè disparibus instructa, magnam illum Creatoris potentissimamque munum concelebrant, fontem illum et thesaurum, verius dicam, infinitum in omnem partem bonorum omnium oceanum undique

exuberantem, alto quodam et vocali silento concinunt et in laude ponunt, ut verissimè fuerit dictum: *Sapientia foris predicta*. Ubi sapientia foris iudea in creatis rebus quodammodo pingi videtur instar Mesochori aut Chorodidascalī vocem peritissimi, in musicā excellens, quæ non modo cantat predicatque, sed omnes universi naturas cīet ad mundi auctorē summum plenissimo et dulcissimo concentra laudandum; aut tenere manū veluti Timothei eujsdam tyrannā areamque testidinem, cojus nēt sint heati spiritus, et celestes orbes atque lumen; hypate verò terra, mare, elementa; media chorda relata. Quanto artificio composite sint atque tense, atque ita omnes consentiant, ut suavissima oratione symphonia Numinis predictio. Itaque Orpheus in hymnis suis mundum esse siebat musicam et mirabilem symphoniam que Demiurgum laudet. Athenagoras autem cumdem appellat *ἴσχυρον τραγούσιον τὸ βρούσιον*, *canūm et musicū organū quod movente numeros*; ejus aspectu incitanus, ut præstantissimum illum Opificem, qui tangit fidem, et jucundam modulatorem ē dissimillimus natura velut sonis efficit, studio omni et religione veneremur. Casterum ipsiusmet in creatre Sapientie doctrinam nobis maximè salutare audiamus.

VERS. 28. — ET DIXIT HOMINI: ECCE TIMOR DOMINI ipsa est sapientia, et recipiat a malo intelligentia. Putaverat homo, stulte decepitus a domino.

(1) Philosophi sapientiam definitur rerum divinarum humanarumque scientiam. Sed illa sapientia, si comparatur cum sapientia christiana, neque totam eam continet, neque tota ab ea continetur. Sunt enim, et fuerint multi sapientes secundum philosophiam, nec tamen sapientes fuerint secundum Deum, quia non habentur timorem Dei. Et contra, multi christianū habent sapientiam, quia timor Deum faciunt homi, et recedunt a malo, et sic vere sapientes sunt, neque tamen remota abstrusarum, sive in natura sive in mysteriis divinis, habent cognitionem. Ac denique sunt qui utramque sapientiam teneruntur: Dionysius Areopagita, Justinus Martyr, et alii. Nesciit huius sententia, quia ipse timor Domini vocatur sapientia, illud quod David in Psalmis, et Salomon in Proverbis dicit, *timor Domini esse initium*, etc. Nam principij non significat illa primatum partis vel originem (nam ita fides est principium sapientie), sed sensus est: *Principium*, vel, ut est Psal. 110, *initium sapientie timor Domini*, id est, præcipua pars, et illud in qua principalius consistit sapientia, est timor Domini. Sic et August., lib. 14 de Trinit. cap. 4, testatur sapientiam esse verum ac præcipuum Dei cultum, tamē sapientie nomen etiam largus alias sumatur, ut Cor. 3, ubi sapientiam et scientiam Apollonius recessit inter gratias gratis datae. (Estius.)

Auscultemus Bedam an ita hunc locum intelligat: Alter, inquit, timor est, ne quisquam Deum offendat; alter vero, si offendet: illa prior sanctus et laudabilis; iste alius non habens charitatem, sed peccatum. Prōinde de hoc prædicabili timore dicit Psalmista: *Timor Domini sanctus permanens in seculum seculi*, Psal. 18, 10. De alio timore loquuntur Evangelista Joannes in Epistola sua dicens: *Timor non est in charitate; sed perfecta charitas foras mittit timorem*, 1 Joan. 4, 18. Qui timor utique peccatum habet, qui dilectionis meritum non habet. (Tirinus.)

autem filiorum timor, et hec à malo recessio, quam magnitudo charitatis gignit, et omne bonum faciendum continet (quoniam non facere bonum quod debet quoddam malum est, et ob hoc etiam timor iste recedit) ab ipsa perfectione separari non potest. Quare hic timor Domini et recessio à malo consummata sapientia est, in qua vīte Christiane perfectio versatur. Hic enim timor imprimat cordi magnam reverentiam erga Deum, et in prosperis et adversis perfectissimè nos divina voluntati subdit: imprimat etiam castam quandam erubescientiam in conceptu Dei, præser-tim si mens in aliquo deficiat; et inclinat ad despicien-tiam sui ipsius: confert deinde sollicitam diligentiam in divinis obsequiis. Quare hic dicitur: *Timor Domini ipsa est sapientia, et recedere à malo intelligentia.* Quia videlicet timor quasi intellectum aicit, ne in aliquo ab eo quod est Deus placitum exibetur. Insuper et timos hic sanctos rejicit omnem timorem servilem de morte, de iudicio, de inferno, et mundanum de penitentia et confusione hujus vīte; et solomon recessum à Deo, et tempore charitatis ad diminutionem virtutum metuit: mortificat insuper omnem sinistram intentionem, et facit ut homo in suis exercitiis non scipsum, sed Deum querat: ac tandem parens est profundissime humiliatus, quā quis se omnium vilissimum et indignissimum putat. De hoc timore ait sanctus Augustinus, lib. 14 de Civitate Dei, cap. 7: *Non est timor exterrēns à malo quod accidere potest, sed tenens in bone quod amittit non potest.* Ubi enim boni adepti amor immutabilis est, profecto, si dici potest, mali cavadendi timor securus est. Timoris quippe casti nomine ea voluntas significata est, quā nos necesse erit nolle peccare; et non sollicitudine infirmitatis, ne fortē peccemus, sed tranquillitate charitatis cavere peccatum. Dicit autem haec de isto timore in statu beatitudinis, ubi omnino perfectus est; de quo vīde que diximus, cap. 26, vers. 11.

Apté ad hunc locum S. Bernardus, lib. de Vīta solitaria ad Fratres de monte Dei: *Sapientia, inquit, pietas est, hoc est, cultus, Dei amor, quo eum vivere desideramus, et videntes in speculo et enigmate credimus et speramus, et in hoc proficimus, ut eum videamus in manifestatione. Abstinere vero à malis scientia temporalium est, in quibus nos sumus, in quibus tantum abstinentia à malis, in quantum ad bona studemus. Ad hanc scientiam et ad hanc abstinentiam spectare inventur primò omnium virtutum exercitia, deinde omnīcum artium vita hujus, in qua versamur, disciplina. Quorum alterum, id est, studium virtutum, respice potius videtur ad superiora, quasi superioris sapientie preferentia virtutem, et redolentia suavitatem. Alterum, quod circa corporalia fit exercita, nisi fidelis religetur, defuit in inferiorum vancitatem.*

Ceterum non hic pressè querendum, an Jobus propriè dictam sapientiam scholastico more definire voluerit; neque enim id actas illa vel locus ille de-

posit; sed gravi sanctoque sensu verba accipienda, qui et apud atatus nostre sapientes piosque creberimus est, ut timorem Dei, mortis meditationem, rerum celestium studium, contemptum mundi, et id genus alia quae hominem Deo sapientiam auctori conculant, veram sapientiam appellare consuecant: latè enim haec patet, et uno verbo explicari nequit; sive appellare habet cognitionem rerum maximarum per atissimas causas, seu rerum celestium doctrinam, seu querendæ et promovendæ salutis scientiam et eorum que ad sempiternam gloriam nos ducent; sive nostra imbecillitas malitiaeque intelligentiam, quā Dei timor oritur; sive divine bonitatis comprehensionem, quā gratios et sanctimonios cupidos nos facit; seu Numinis colendi scientiam, et in omni vita religiosissima venerandi, quam hoc loco Septuaginta uno verbo *πειρασμός* vocant. Omnibus enim hisce modis in divinis Codicillis exprimitur, et à magnis et sanctissimis viris explicatur. Isaías curam salutis in eā requirit, et sapientiam *divitias salutis* appellat, cap. 55, 6, ne quis putaret, cūm de pulcherrimo et mirando mens ornamento loqueretur, et sapientiam meminisset, illum intelligere curiosorum rerum intelligentiam, et gloriosam pompan optimorum verborum, ob quam nonnulli ut sapientes gloriantur; in his cognoscendis, quād ad salutem et beatam vitam faciunt, laudem omnem sapientie collocavit, et nuncupavit, ut alebā, salutis divitias. Lactantius, lib. 3, cap. 8, cum illi nobilis et sublimi scientiā virtutem adjungit, et definit sapientiam, *virtutem cum scientiā conjunctam*. B. Marcius, hom. 17, vult esse vitam secundum interiorum hominem; quod esse genus sapientie magnifica putavit. Qui docuerunt, inquit, secundum secundum interiorum hominem si sunt sapientes, mites, fortes et philosophi Dei. Quidam ad nobilium ilam cognitionem saporem adjungunt, id est, affectum pium atque motum honeste et devote voluntatis svavissimè divina gradus, sine quo non sit vera sapientia. D. Bernardus, serm. 84 in Cantica: *Sapientia, inquit, à sapore denominatur; nec dixerim reprehendendum, si quis sapientiam saporem boni definit.* D. Augustinus, lib. 4 de Trinitate, magnam illam partem in cognitione sui reput, nec dubitate dicere, in humano genere meliores scientias terrestrium celestium rerum antepone *nōssemetipos*; omnium esse laudabilem, cui nota sit infirmitas sua, quām quā non perspecta vias siderum scrutatur, ignorans ipse quā via ingrediatur ad salutem. Quod secuti etiam Patres, finem esse christiana sapientia volunt introire in intimos animi sinus, ibi appetitiones ad rationis dominatum adjungere, impingu scelus vi mens et divinae gratiae superare. Quod magnus Ecclesiasticus veteris concionator ita celebravit, Eccl. 7, 20: *Sapientia confortavit sapientem supra decem principes civitatis.* In Graco est: *Sapientia πονητὴν juvabit, presidio erit, vim et robur conciliabit homini plus quam magna multitudo dynastarum et principum civitatis, qui aliquo potentissimi inter suos et generosissimi esse videatur.* Eximē rem illustrat Chal-

da Paraphrasis in hunc modum: *Sapientia auxiliatur sapienti, qui subegret concupiscentiam malam, idē ut non peccet magis quam decem imperatores qui fuerint in civitate.* Et nescio an hic intuebatur S. Augustinus, lib. 4 de Seruante Domini, cap. 5, sed profecto paria dicit: *Sapientia, inquit, est contemplatio veritatis pacificans totum hominem, et suscipiens similitudinem Dei.* Praeclarè Homo in luce veritatis se atque sua cognoscit, clara victoria concupiscentiam subigit, turbulentos animi motus et perturbationes coercet, inde iucunda pax consequitur, et gratia, et virtutum vivi et eximiū colores, quā Dei similitudinem exprimant, quā mihi gradus vere sapientiae luminosus et expectendus omni studio videtur. Sed D. Paulus ipsius sapientia florem esse putat in cognoscendo redempcionis opere et percipiendo vite Christi mysterium; quam sapientiam in mysterio vocat, nimirum arcanam, neque mundo cognitam, propriam autem filiorum Dei, itaque de sicibet, et profitebatur se nihil sapere, nihil scire, nisi Jesus Christum crucifixum, 1 Cor. 2, 7; hanc esse nobilissimam partem et colophonem vere sapientie, in qua primi religionis satores apostoli excellere pulchrum putarunt, hanc se docere et loqui inter perfectos. In cruce pulpitum inveniebat, et suggestus eruditis honoratur, in quo justus quām in sepulcro Pherecyde. Syri elogium illud magnificum inscriberunt: *Τέλος οὐρανος ἡ τέλος τίτανος, in me omnis sapientie finis et perfectio.* In mirandis Christi operis et vita cursu videlicat scholas continuā sapientie voce resonantes, quos docerent humilitatem animique demissionem esse Deo charam et pretiosam; questum magnum esse pietatem cum sufficiencie, paupertatem esse antependiam opibus et suppeditelli conquistare; esse gloriosum Dei causā contemplationem pati; magni esse animi indicium donare injurias, non ulescere; ante oculos semper habendam.

## CAPUT XXIX.

1. Addidit quoque Job, assumens parabolam suam, et dixit:

2. Quis mihi tribuat, ut sim juxta menses pristinos secundum dies quibus Deus custodiebat me?

3. Quando splendebat lucerna ejus super caput meum, et ad lumen ejus ambulabam in tenebris;

4. Sicut fui in diebus adolescentie mee, quando secreto Deus erat in tabernaculo meo;

5. Quando erat omnipotens mecum: et in circuitu meo pueri mei;

6. Quando lavabam pedes meos butyro, et petra fundebat mihi rivos olei;

7. Quando procedebam ad portam civitatis, et in platea parabant cathedram milii?

8. Videbant me juvenes, et abscondebantur; et seues assurgentēs stabant;

esse Dei voluntatem, illam sequendam, et vel dispensatio vite sue obedientiam illi prestandam, quam ipse mundi liberator cibum suum esse aiebat; delicias et corporis voluptates, et mundi pomparum ambitionemque fugiendas, unde funesta saepē elades et humane salutis ruinas sequentur; nihil esse beatius quā purā frui conscientiā, quam nullus peccatorum natus commaculet; hic laborandi et patienti campum et palestram esse, post hanc vitam gloriarum esse tempus et premiūm; brevi vitā emi posse felicissimam immortalitatem. Hec et alia infinita cū D. Paulus in exordiis illis sapientia meditando cognoviscent, atque aliē in animum demisisset, ardebat incredibili desiderio Christum Iesum imitandi, et rapere omnes secum eō cupiebat: *Exaudias, inquit, Heb. 4, 15, ad eum extra castra impropterum eius portantes. O ardore!* ! o mysticam et prestabilissimam theologiam, laures bacis et amaranthā corollā dignissimam! o sapientiam verē celestem, quam filii hujus seculi opinant stoliditam! Ita est, inquit idem magnanimus Paulus, *nos stolidi propter Christum, 1 Cor. 4, 10. Qui nam illi?* Apostoli primum, deinde apostolicī viri, pī denique omnes Christiani. Et usque nūne vere sapientie amatores, non discipuli mundi, sed Dei, sacram insaniam insaniunt; dicentes cum rhetore Greco *χρηστούς, αυταράς, ανσανάς.* Est enim quedam insaniam sanctorum, quae magna sapientia est; quam D. Ambrosius in Psalm. 39, *veram insaniam appellat; cū in mundanis sint falsa insanias, ut Regius vates meminit. Doctor gentium vocat statim Dei, quod sapientias est hominibus, 1 Cor. 1, 25. Sed merito sim longior, si modis omnes recenseam, quibus coelestium litterarum monumenta aut divini Patres de sapientia locuti sunt: quos fusis recenset Cresolius noster in Anthologia, cap. 6, unde hec compendio de prompta.*

## CHAPITRE XXIX.

1. Job rit bien que ses discours faisaient peu d'impression sur le cœur de ses amis, et que la misère extrême où il était réduit en était la principale cause. C'est pourquoi, prenant parole, il continua son discours figure, et dit :

2. Qu'il m'accordera d'être comme j'ai été autrefois, comme j'étais dans ces jours heureux où Dieu prenait lui-même soin de ma garder avec tout ce que je possépais;

3. Lorsque sa lampe luisait sur ma tête, pour m'éclairer et me conduire, et que je marchais en assurance dans les ténèbres à la lueur de sa lumière;

4. Comme j'étais aux jours de ma jeunesse, lorsque Dieu habitait en secret dans ma maison;

5. Lorsque le Tout-Puissant était avec moi; et que, bénissant toute ma famille, j'avais le plaisir de la voir autour de moi empêssée à me servir et à me plaire;

6. Lorsque, pour ainsi dire, je lavais mes pieds dans le beurre, à cause de la multitude de mes troupeaux; et que mes officiers plantés dans les tentes pierreux étaient si chargés de fruits, qu'on pouvait dire en quelque sorte que la pierre repandait pour moi des ruisseaux d'huile;

7. Lorsque j'allais prendre ma place à la porte de la ville, où l'on rendait la justice, et que l'on me préparait un siège élevé dans la place publique?

8. Les jeunes gens me voyant, se retiraient par respect; et les vieillards se levant, se tenaient debout,